

Johann Sleker Johann Quistorp Heinrich Oldenburg

**De Principiis Rerum Naturalium ex lib. 1. Acroas. Aristotelis deducta Theorematum : Duabus Disputationibus Publice Proposita a M. Johanne Sleker, Physices P.P. desig. Respondente ad primam Johanne Quistorpio Rostoch. ad secundam M. Henrico Oldenburgio Brem. Disputabitur in Auditorio maiori, Prima 28. die Iunii, Secunda 5. Iulii, 6. mat.**

Rostochii: Myliandrus, 1609

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn729076164>

Druck Freier  Zugang



F. Sleker.  
R. U. phil. 1609.



82

D. T. O. M. A.  
**DE PRINCIPIIS RE-**  
**RVM NATURALIVM**

ex lib. i. Acroas. Aristotelis deductis  
Theorematibus,

*Duabus Disputationibus*

*Publice Proposita*  
.

M. IOHANNE SLEKER O.  
Physices P. P. desig.

Respondente ad primam

JOHANNE QUISTORPIO Rostoch.  
ad secundam.

M. HENRICO OLDENBURGIO Brem.

*Disputabitur in Auditorio majori,*

Prima 28. die Junij. 6. mat.  
Secunda 5. Julij,



ROSTOCHII  
Typis Stephani Myliandri  
ANNO M. DC. IX.



*Reverentissimis filiis reverentissimi  
collegiorum amicorumque ac  
discipulis suis*

## THESES I.



Heoreticæ Philosophia partibus, adeoq; scientijs veris, ac scriptis Acroamaticis, verè annumeranda est, quam Locri, Melissi, Pherecydis &c. exemplo. Plato & Aristot. rectè inscripserunt, de Natura,

2. Quod non de Communi tantum, sed & Propria (qua specierum est, per divisionem ipsius subjecti instituta) consideratib;e, volumus acceptum.

3. Subjectum ipsum, etiam secundum Arist. est corpus naturale, (non frustra addo) qua naturale.

4. Ejus enim sunt, cuius in hoc convivio (Platonem sequar in verbi usu ac rei, in Tim. Phædro, Gorg. i. & 9. de Rep.) principia & affectiones queruntur, non sine legitimo specierum apparatu: quibus, Intellectum, Intelligentias, & Intelligentiarum regem adiungere velle, sane ex dignitate Entium à materia abstractorum non est, prout ea de re disputat. Arist. 6. Met. t. 1. de part. c. 1.

5. Et hæc tibi scedula sit, quam more antiquo, primo convivij ingressu trado, ut quid, quo ve ordine singula expectanda sint, constet.

6. Prima quidem præcipuaq; cura Principiorum erit; quod horum merito scire contingat, circa omnes Methodos, quarum sunt. Principia, (vel ut idem alijs verbis dicam) causa, & elementa. t. Phys. t. 1.

7. Effe autem rerum naturalium principias quia demonstrari non potest, (fecit periculum Theophrastus, neq; tamen perfecit) cum Arist. hic præsupponimus illorum è numero habentes eum, si quis forte neget, contra quos, monitu Arist. t. 8. non est disputandum.

8. Agnosco igitur benignum veritatis affectum, imò vim ejus admirabilem tum in hoc, tum in ipsa principiorum quænam & quot sint, disquisitiones; cum monstrorum illum variarum opiniorum partum, ab antiquis, ēveu λέγεται (t. 48.) obſteſtricante nimirum ignorantia ac temeritate ſuceptum, uniformi, capitib; ipsius venestate aptissimè tegit.

9. Caput hoc Contrarietas est; cui antiquorum omnium consensus

sensu ( & hoc argumentum est, minimè spērñendum ) & λέγεται re-  
rum naturalium delatus est principatus. I. Phys. t. 41. t. 42.

10. Nimirum, quæ neg. ex alijs, neg. ex se invicem fiunt; si  
ex ijs fiunt omnia; pro principijs habenda sunt. De primis contra-  
rijs verum prius, Ergo & posterius. I. Phys. t. 42.

11. Prima enim quia sunt, ex alijs esse non possunt: & quia  
contraria, ne quidem ex se invicem. ib.

12. Ex ijs autem omnia fieri ( præcipua hæc conditio princi-  
piorum, & in qua totius demonstrationis robur ) certum est: eò, quod  
omne patiens, transmutatione sui, à contrario abit in contrariū. t. 43.

13. Agedam, periculum fac in simplicibus, fac in compositis:  
sive artificialia respicias, sive naturalias substantias, sive acciden-  
tias; omne quod sit, ex contrario fieri, & in contrarium deprehendes  
resolvi.

14. Doctum certe, vel album, fit ex non docto, & non albo.  
t. 43. figuratum, ordinatum, compositum; ex non figurato, non or-  
dinato, non composito. t. 50. homo, ex non homine; domus, ex non  
domo, &c.

15. Non doctum v. cum dico ( eadem in reliquis ratio ) absit,  
ut negative accipiam, pro omni videlicet eo, quod doctum non est; ut  
lapis, planta, asinus: sed privativè dicitur, ac de eo quod cum nega-  
tione contrarij, potentiam tamen ad illud, conjunctam habet.

16. Propria enim cuiusq; rei privatio est, ex quo, per se, ac pri-  
mò fit; ita sane, ut ne ex nigro quidem recte fieri dicatur album,  
nisi quatenus nigrum, est non album, vide Averr. I. Phys. t. 44.

17. Omnia ergo quæ fiunt, ex contrarijs fieri: adeoq; contra-  
ria, verè esse principia, sic rerum omnium quæ fiunt, inductione  
( quod probandi genus hic utiq; sufficientissimum est ) probatum  
est. t. 47.

18. Porro ad numerum principiorum investigandum ratio  
parata est, ex contrarietatis ratione ducta. Et I. Quod principium  
non sit unum.

19. Contraria enim secundum propriam sui conditionem, se  
oppugnat

oppugnant invicem, destruunt, & ex subjecto pellunt &c. qualis  
unius erga seipsum affectus nunquam esse potest.

20. 11. Esse finita. Praterquam enim quod finita, ut recte  
censebat Empedocles, ad perennem rerum generationem sufficienter  
gradus contrarietatum, & ordines earundem secundum prius & po-  
sterius omnibus notis una cum effectorum in ijs velut a causa priori,  
dependentia, satis ostendunt, plures esse contrarietates, quam  
principiorum in numero haberi queant: adeoq; principia esse finita.

21. Principia enim oportet manere semper, ut vere & recte  
Aristot t. 50. Quod, qui fieri posse credam, si in principiorum  
classem, abeant, a primatu recedentes? ut de contrariis quibusdam  
modo dictum est.

22. Imò vero, ita finitus iste est principiorum numerus, ut  
dualitatem non excedat: quod probo.

23. In omni genere uno, est una prima contrarietas, commu-  
nissimam naturam ac predicationis ratione omnia continens. Substan-  
tia cuius hic queruntur principia, est aliquod genus unum. Ergo  
est in eo una prima contrarietas; ea nimis quae forma intercedit  
cum privatione. t. 50. & 55.

24. Sed vide mihi, quam hac tamen duo principia ad rerum  
absolvendam generationem minimè sufficient! eò, quod (qua potis-  
sima fuerat principiorum conditio) substantia naturalis ex illis non  
fiat; sive alterutrum respicias, sive utrumq; t. 51.

25. Quid? quod hac ratione principia non forent rei substanzia  
sive adeoq; ex non substantia, fieret substantia: quod est absurdum. t. 52.

26. Quis etiam dubitet, quin amica esse oporteat, & mutua  
sibi devincta propensione, que coëunt essentiali nexu copulanda?  
Quod de contrariis ne cogitari quidem potest, nisi eandem cum Pla-  
tonice ab Aristotele t. 81. incurrire velis reprehensionem, sui nimi-  
rum ipsius quippam interitum expetere.

27. In hoc ergo asserta (th. 9. 10. &c.) negateq; (th. 25. & seq.)  
contrarietatis divortio, agendum veritati sectemur imperium, ductusq;  
rationis, medium ingrediamur viam, qua ad tertium quoddam nos  
ducatur

ducat principium, à prioribus distinctum, haud tamen illis contrarium, suāq; naturā aptum, ex quo intrinsece res constituatur. t. 53.

28. Ubicunq; enim transmutatio secundum substantiam, ibi est subjecta quadam natura. In corpore naturali, est transmutatio secundum substantiam. Ergo. t. 57.

29. Propositionis veritas ex generali eorum quae sunt, ratione (t. 57.) sive vulgatam eorum species divisionem (t. 63.) vel accuratiorem (t. 62.) per Inductionem probatur firmissime.

30. In omni n. transmutatione, quæ fit à contrario in contrarium, quia requiritur subjectum: etiam in generatione substantiali, illud negandum fuerit nunquam.

31. Subjectum hoc materia est: per transmutationem inventa, firmiterq; demonstrata: succurrente tamen (ut patet) analogia: quæ in tantis hujusce rei obscuritatibus lucem afferat, (t. 69.) non tantum in questione Quid sit materia (ut multi putant) sed etiā An sit.

32. Cujus & demonstratio ita quidē conformata est, ut non materia adeo, quam primam rerū ostendat materiā, eamq; principiū primis annumerandam.

33. Primorum quippe simpliciumq; corporum (sive extra, sive in ipsa specie) mixtione) transmutatio, cum & ipsa materiam requirat; eam certe non posse non primam esse constat: Ad quam in mixtis etiam (ne progressu admittatur in infinitum) cito dev.niri, ratione subducta, cuivis patet.

34. Et quia ex eadem, omnia intrinsece constituta sunt; verè quidem Elementum erit, & principiū annumeranda: de quorum numero, quæ supercilī sit tollitur dubitatio.

35. Una materia, potentiam ad omnes generabilium formas recipienda obtinens, generationi rerum, qui satis est; uniq; s. subjecto correspondens prima contrarietas, & ipsa transmutationem omnem ambitu suo, quod complectatur; materias duas, aut primas contrarietas inducere plures, cum necessitatibus non sit, ne prudentia quidem conditoris fuerit, aut philosophi. t. 50. & 56.

36. Peuciora vero tribus statuere principia. Privatione videlicet (quod non nemo tentavit, & Platonī exprobat Aristoteles) rejectā, ejus à materia, satiis refutabit, distinctione, I. ex modo loquendi desumpta (t. 58.) in quo casus recte in materia debetur unicē; obliquus privationi propriet.

37. II. Ex adjunctis proprijs ac conditionib; (quoad definitionem, principiandi rationem, & quemad formam habont, respectum) inter materialē & privationem ad modum diversis: quod ex propria distinctijs principiorum consideratione patebit.

## DISPUTATIO SECUNDA.

### THESIS I.

**A**D hanc vero gressus is optimus est, qnem ostendit Regressus, negotiatione quadam intellectus, vel examine mentali, a cognitione Quod sint, tendens ad alteram hanc, quid sint; causa videlicet inventa ad effectum, cuius indicio eruta fuit, instituta comparatione.

2. Primas in ea partes jure suo obtinet materia, non propria, quadam sui specie, ac per se, sed analogia, (ut ex t. 69. diximus) adeoq; adulterina quadam notione, secundum Plat. comprehensibilis: non obstante, quod per transmutationem, ut demonstrationis medium inventa, negatione 7. Metaph. definiatur.

3. Analogia hec, ex artificiatis deducta, in primis placuit Aristotelis disjuncta rationum habitudine instituta; non qualis inter materiam ac formam: sed qualis est aris, adeoq; materiae cuiuslibet secunda, antequam formam accipiat, ad compositum formatum.

4. Huc ergo qui mentis aciem converterit, accurata, articulorum velui omnium (alibi id praestitum à nobis) subducta ratione singula ferme, qua de materia prima hic nobis (neg. n. omnia) consideranda sunt, dissimili quamvis in similitudine, clarè intuebitur.

5. Et primo quidem Entium in numero, eam omnino reponendam: cum Non Ens, neq; subjectum transmutationis, in ipsa transmutatione permanens, formamq; recipiens; neq; internum rei constituenta principium esse queat.

6. Quod si vero Ens: Et affectionum Entis particeps erit, exclusa malitia; adeoq; id ēivis obiinebit; imò essentiam ac naturam, propriam, qua materia est ac dicitur, à forma ac privatione distincta, numerabile quipiam existens, atq; hoc aliquid magis (1. Phys. t. 66.) & quodammodo substantia, t. 79.

7. Quin vero & ἐνεργείᾳ ὕπαγχει, actumq; obtainere eum, quem Entitativum Scotus, alijs presentiæ vocant: quamvis à maxima parte negatum, afferimus tamen, vetustiorum interpretum non desituti consensu: ut hujus quidem assertionis initia, ab aetate Scotti deducere velle injurium sit.

Nec

8. Nec quicquam hic obstat, quod & Potentia nomen ei tributum; & omnis ferme ratio ejus in potentia ad formas reposita, ad infimum Entis gradum, quo nihil imperfectius (nimurum interea que existunt) sit deturbata.

9. Magna hic distinctionis ejus commoditas, qua à Proclo 1. de ort. & in. c. 50. acceptā, utuntur plurimi, materiam esse actu, in genere eorum qua sunt; Potestate verò in genere formabilium.

10. Nunquid enim & ad esse suum erit in potentia? Id si cuiquam videatur; quid obstat, quo minus materiam neget esse materiam; & ut talis sit, aliam requirat materiam, ex cuius prodieris potestate; adeoq; hanc primatu ac simplicitate spoliatam, principiorum numero excludat.

11. Laudamus ergo Senatus Peripatetici consultum, de dupli- ci Materiae notione, praeside Themistio 1. Phys. ad t. 61 factum: ex qua materia ac subjecti distincta (haud tamen certa exemplorum, fide ac constantia) vocabula, duplex item materiae definitio 1. Phys. & 7. Met. & in dupli scientia materiae instituenda consideratio: Ut absoluta quidem, Metaphysica; Respectiva physica in primis debeaturs; nobis ob id in sequentibus expendenda.

12. Materiam ergo, haud quicquam statuimus earum rerum, qua ex illa fieri possint; nec completum quid, perfectumq; in genere Entis: quam ob causam negatione 7. Met. comprehensa est; omnium scilicet formarum sua natura expers; ut non immerito, eadem materia, qua Infiniti, à Philosopho, 3. Phys. dicatur esse ratio; imo ipsa quoddam sua natura infinitum.

13. Imperfectioni huic, & universalis formarum generabilium negationi, juncta est universalis, ad formas hasce omnes, potentia: ut in hoc respectu non tantum à viris, sed & à vixen; sit; ex aquo nimurum formas omnes, respiciens nulli earum privatim addicta; naturali appetitu suo prosequens omnes nunquid ut fæmina virum? pulchrum hoc Aristotelis t. 81. exemplum; sed illud de pulchro & deforme, perfecto & imperfecto verius.

14. Est autem appetitus hic (ne quis cum Avic. Scalig. Auber. neget)

neget) naturalis rei propensio. (οὐ μὲν καὶ ποτὲ λόγος οὐδὲ τὸ φύσις δικούς) ad id, cui à natura destinata est, nisi nulla interveniat rei ipsius cognitio: qualis materia ad formam & compositum.

15. At vero materia hæc nuda, & in amplitudine ista potentia, atq[ue] appetendi indifferencia posita, nequaquam formæ recipienda ac generationi pars est; si comitum quendam cultumq[ue] accipiat, potentia illa infinitè vagabunda, moderatione certa, ad certam traductam formam, quo privationem illi conciliet, & appetitum potentiamq[ue] particularem, ut non quodvis è quovis, sed è materia est ex q[uo]dlibet generetur, cum mutua reciprocatione formæ ac materiae ratione.

16. Ita nimis fit, ut non eodem omnes simul, complexu excipiat formas, sed tempore & ordine certo, successivis mutationum vicibus, hac vel illa se offerente forma; quam dum recipit materia, adeq[ue] patitur (de passiva quippe potentia, accipienda sunt, quæ diximus) ἐνεργητικὴ hac passione (talis enim & in philosophia concedenda est) causalitatem suam qua in causarum numero verè est, exercet, & formæ immediate juncta, (vide 2. an. t. 7. 3. Met. sph. c. ult.) compositum per se constituit; ita tamen ut neq[ue] principium individuationis materia ipsa sit, nec propriè loquendo, pars quidditatis censeretur.

17. Materie & appetitus ejus respondet forma substantialis, divinum quippe, bonum, & appetibile existens (i. Phys. t. 81.) non à Deo, vel Cholodea, vel participatione Idearum, materie juncta; sed ex potentia ejus (rationalem excipio animam, cum Theologis ac sanis philosophis omnibus) educta: quæ materiam informando, potentiamq[ue] ejus actuando, virtutem suam, qua causa est, ostendit: eademq[ue] operatione compositum absolvit; Exclusa privatione (eam definitio cum Alex. absentiam formæ generandæ, in subjecto apto eam recipere) quæ ad generationem rei necessariò requisita, ipsius tamen rei principium est per accidens, eo quod non nisi ex privato, res generetur, & in privatum corrumpitur, privatione ipsa in re nunquam permanente.

18. Minime ergo cum materia (quod Platonii exprobavit Aristoteles) confundenda, aut principiorum numero excludenda; quod & appetitus illa ratio, & principiorum contrarietas, eam omnino requirant, & quidem (quod neq[ue] formam appetat, nec recipiat, nec compositum ingrediatur &c.) à materia distinctam.

19. In ipsa autem transmutatione vicissitudine, ita generationi substitutam materia, ut non, nisi per accidens generetur, aut corrumpatur; nulla unquam forma satiati queat: etiam omnes obtinendo, habeat nullam.





8. Nec quicquam hic obstat, quod & Potentum; & omnis ferme ratio ejus in potentia ad finitum Entis gradum, quo nihil imperfectius (que existunt) sit perturbata.

9. Magna hic distinctionis ejus commoditas de ort. & in. c. 50. accepta, utuntur plurimi, materia genere eorum que sunt; Potestate vero in genere

10. Nunquid enim & ad esse suum erit in quicquam videatur; quid obstat, quo minus materialiam; & ut talis sit, altam requirat materialiam, a potestate; adeoq; hanc primatu ac simplicitate solum numero excludat.

11. Laudamus ergo Senatus Peripatetici concordia Materia notione, praeside Themistio 1. Phys. ad qua materia ac subjecti distincta (haud tamen confusa ac constantia) vocabula, duplex item materia & 7. Met. & in duplice scientia materiae instituitur. Ut absoluta quidem, Metaphysica; Respectiva ph. beatioris nobis ob id in sequentibus expendenda.

12. Materialiam ergo, haud quicquam statuimus quae ex illa fieri possint; nec completum quid, perfectum Entis: quam ob causam negatione 7. Met. comprehensa scilicet formarum sua natura expersus; ut non immaterialia, qua Infiniti, à Philosopho, 3. Phys. dicatur esse quoddam sua natura infinitum.

13. Imperfectioni huic, & universalis formarum negationi, juncta est universalis, ad formas hæc omnia in hoc respectu non tantum aperiens, sed & tradeximus formas omnes, respiciens nulli earum privatim appetitu suo prosequens omnes; nunquid ut pulchrum hoc Aristotelis 1. 81. exemplum; sed in deformi, perfecto & imperfecto verius.

14. Est autem appetitus hic (ne quis cum A.



the scale towards document